

Innocentius IV. Archieppo Prussia
Livonia et Estonia ut Chiemen
gubernet Ecclesiam. 144

Innocentius Episcopus servus servorum Dei
Vobis In Archieppo Livonia Prussia
et Estonia salutem et Apicam bene-
dictionem

Cum operosi sollicitudo laboris, quam circa no-
velle plenitudinis primordia exerceri oportet
sit opportunis subsidiis relevanda ut et apostolica
sedis provisio uniuscuiusque proprium laborem
prospiciens, ex presenti collatione, munus ex-
pectationem indicet futurorum, et singuli tanto ex-
surgant utiliter ad laborem, quanto unum eun-
demque sentiunt imponentem onera, et ab oneri-
bus relevantem, tibi, quem a vinculo absolvimus
Ecclesie Annaburgae et Prussia Livonia et E-
stonia duximus proficiendum Ecclesie ingredi-
enti terram novo predicationis vomere noviter
excultandam, Archieppis dignitatis prima sede
concessa, quam de Tuam nostrorum consilio pri-
mo ibidem statuimus collocandum, ne data au-
ctoritatis amplitudo, tibi credita, necessitatis
angustiam patiatur, et ut nova cultura fructus
ubertate carenti, quod deest, adiectio suppleat
opportuna, Fratris tuae Chiemen Episcopi, qui
nunc vacat, in Salzeburger Provincia constituta.
tum, si aliquis ad ipsum canonice minime sit
electus, tam in spiritualibus quam temporalibus
bus committimus gubernandum, donec de no-
stro fuerit beneplacito voluntatis, cum illum
tuo credamus ministerio laudabilibus proficere
incrementis Nulli ergo omnino hominum lice
at hanc paginam nrae concessionis infringere
vel ei ausu temerario contraire Datum Quigum

Kel: Aprilis Pontificatus Nri Anno 3